Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Praemislien[sibus] Nobilis Laurentius Krajowsky A pullatibus terris dictis bonis suis quibusvis propriis recedendo a foro Competenti renunciando Huic vero iuridico Castrensi Praemislien[si] se cum successoribus ac bonis suis abs quo ad hunc actum attinet incorporando et subiiciendo sanus mente et Corpore existens pace palam ac per expressum recognovit Quod A Generoso Gabriele Fredro de Bierhowa Wszyga summam Centum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis debiti certi per eundem Gabriele Fredro Generoso Joanni Lanczinsky Coram officio et actis Castren[sibus] Lublinen[sibus] recognitae solutionis pro die et tempore certo ipsa inscriptione assignato inscripti ac in bonis certis assecurat eidem vero recognoscenti per ipsum Joannem Lanczinsky Coram Judicio seu officio quocunque cessionis et transfusionis inscripti totaliter et in effectu receptis et manualiter levavit levatamque et receptam ad se tullit Ratione cuius receptionis et levationis summae praenominatae Centum florenorum pecuniae eundem Gabrielem Fredro et eius successores de eadem summa Centum florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis vigore praenominati iuris sui desuper habiti quietat liberatque et omnino cum ipsius successoribus facit et pronunciat temporibus perpetuis et aeternis Ipsamque inscriptionem in actis Castren[sibus] Lublinen[sibus] Contentam per dicto Generoso Joanni Lanczinsky per eundem Gabriele Fredro super summam praenominatam factam et sibi per ipsum Joannem Lanczinsky cessionis et transfusionis Cum omnibus eiusdem inscriptionis Conditionibus punctis clausulis et articulis ligamentisque et eius ac toto serie eiusdem vigore praenominati iuris sui transfusorii Cassat annihilat mortificat et obliterat perpetue ac in aeternum sibi et suis

posteris proximis sibi agendi silentium aeternum imponendo publica sua recognitione mediante Quod memoriali firmatum est.

Actum in castro Premisliensi feria secunda ipso die festi

Sancti Jacobi apostoli Anno domini Millesimo Quingentesimo Octuagesimo tertio Coram Generosis Alberto Lutbostawski Gladifero terrae Vicecapitaneo et causarum officii iudice Dobrogostio Zapolski Nottario castren[si] Praemislien[si] officio et actis praesentibus 25/VII.

Maithkowski tnt. alteri

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Praemislien[sibus] Nobilis Lucas Michallowicz Maytkowsky A terris dictis bonisque suis quibusvis propriis recedendo a foro Competenti renunciando Huic vero iuridico Castren[si] Praemislien[si] se cum successoribus ac bonis suis omnibus quoad actum et effectum praesentis inscriptionis attinet plenarie incorporando et subiiciendo sanus mente et corpore existens pace pala ac per expressum recognovit Quia Nobili Iwan Maliss Maytkowsky et eius successoribus summam Tredecem florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis veri certi liquidi mutui atque essencialis debiti tenetur et est debitus Quamquidem summam Tredecem florenorum pecuniae monetae et numeri polonicalis se cum successoribus suis et super bonis suis ... omnibus heredis et obloriis mobilibus et immobilibus obligat et inscribit eidem Iwan Maliss Maytkowsky vel eius posteris hinc pro die et festo Decollationis Sancti Joannis Baptistae proxime et immediate venturo hic in Castro Praemislien[si] Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Praemislien[sibus] totaliter et in effectu dare solvere reponere et ...

quere responsaliumque et rebellam rursus a b eodem officio non ex fide iubere neque quovismodo prae vel submissas quasvis personas arestare sub vadio Tredecem florenorum pecuniae monetae et numi polonici Quod vadium in defectu solutionis summae eiusdem principalis pro tempore supra nominato solutioni assignato mox eadem die solutioni praefixa nullo decreto Iurisdictionis Iudicij sine officij accedente solummodo virtute inscriptionis praesentis in summam essencialem et capitale debitum videlicet viginti sex florenorum pecuniae monetae et numi polonici Convertetur ac converti debebit Hocidemque vadium simul cum summa essenciali iuncta vi et super bonis eiusdem recognoscentis dictis et obligatis mobilibus et immobilibus extendetur extendique debebit Praeterea se cum suis posteris in bonis eisdem supraspecificatis omnibus eidem Creditori et eius posteris obligat et inscribit Lutem inscriptionem ex his actis actis terrestribus Premisliensibus intra decursum unius anni transferre et transportare sub vadio Trecentorum florenorum pecuniae monetae et numi polonici Pro qua quidem summa essenciali simul cum vadio iuncta Tum etiam vadio ratione non transportationis eiusdem inscriptionis fecerit vel se cum bonis quibus se praenominatus debitor cum successoribus suis Eidem Creditori vel eius posteris citare permiserit Iuris recedendo ab omni suo proprio et competenti foro Coram praesenti Castrensi Premisliensi officio Iure Castri actis praesentibus respectu cum successoribus ac bonis suis dictis ultro subicit et incorporat semper in primo Actionis termino tanquam peremptorio stare comparere ac loco responsionis pro his omnibus pro quibus citatus eiusque successores citati fuerit ab officio non recedendo re ipsa satisfacere his quibus opus fuit tenebitur et eius posteri tenebuntur Terminum ipsum primum peremptorium et alios sub se

quentes Causae et Causarum terminos Nullis modis colloribus Motionibus appellationibus earumque per additiones prosequationibus evasionibus protestationibus suspensionibus poenis tertium marcarum dillationibus ad quietationem allegationibus quibusvis impedimentis statutisque et Constitutionibus quibusvis laudatis vel laudandis differendo prolongando atque se excipiendo Imo se cum successoribus suis omnibus quibus iuris remedijs ubi renunciando sue et suorum successorum sub amissione totius Causae videlicet solutione vadij seu vadiorum quo vel quibus solutis vadijsque inscripti omni praesenti et eius contentis satisfacere his quibus necessarium fuit tenebitur et eius posteri tenebuntur Nulla transcriptione in praemissis obstante.

Maitkowski quietat alium

Comparens personaliter Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus Nobilis Iwan Malisz Maytkowskij Aterris dictis bus iuribusque suis quibusvis propriis recedendo a foro Competenti renunciando, Huic Iurisdictioni Castrensi Premisliensi se cum successoribus ac bonis suis omnibus quo ad hunc actum attinet incorporando et subiciendo sanus mente et Corpore existens palam et publice recognovit Quod A Nobili Jaczko Lach Maytkowskij summam Septuaginta florenorum pecuniae monetae et numi polonici debiti certi ipsi per eundem Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Premisliensibus recognitam solvique pro die hodierna inscriptam in bonis certis assecuratam Totaliter et in effectu recepit et manualiter levavit levatamque ad se tullit Ratione cuius summae receptionis eundem Jaczko Lach Maytkowskij et eius successores de eadem summa Septuaginta florenorum pecuniae quietat liberumque ac immunem eundem ipsius successoribus